

Verè Magne, et ad Virtutem Heroicam rate Vir,
Domum tuam, arte et opere insignem, iam Lovanii spectro:
in Arce, et majorem palatiorèmq̃ Arce. Minor pro-
fectò habitatio te non capiebat; quia in contubernio tuo
Musas, Gratias, Virtutes complexus es, ex Sis, vel ad
Sas natus. Ingens Saec familia est, et ubi est, plus
caeli quàm terrae videas, plus numinis quàm hominis.
Profectò non est casus vis, aedificare. Qui sumptus faciunt,
rarò solent ingenium adferre: qui ingeniosi sunt, veram
veterèmq̃ Architectonicas imaginem vix respiciunt. Ple-
rumque ubi instructa et maxime ornata palatia sunt,
solum Dominum representas; inter delicias et elegantias
foedus est, Lari suo familiari quodammodo infestus. Te
lando, à te exorsus es: coluisti ingenium, mores, animum,
ut ornatissimas esses: struxisti domum, quã tu solus,
et quae te sola digna esset: ostendisti omnibus, te verè
domi Regem esse, et ubi degis, nihil posse representari.
Candidè dicam; aedificium tuum, verè tuum, admiratus sum;
in illo te, quã Dominum, quã Auctorem. Scient ali, non
totam Sodie Antiquitatis magnificentiam perissee. Ego
verò pedem nunc magis inferam, et lustrabo singula, ut
magis etiam oculos oblectem. Caecus certe non ero, non
errabo, si Dissertationem tuam accipiam: Saec etiam
altera mihi velut Domus erit. Nobilissimis liberis
tuis novam istam habitationem felicem precor: meos,
sic iam IUSTVM meum appellare libet, benignitati tuae
commendo. Ad Mo pompam, à me Centuriam novam cape:
me et illum ama. Lovanii, in Arce, ut tuas accipi, IV.


Hug. 37.
Ad Clariss. TVLDENVM
subito IUSTVS meus ima-
ginem domus tulerat. Ad
Mo igitur nunc responsum
accipis.

Eid. Quinct. M. DC. XXXIX. Toto animo amorem tui
professus E. Puteanus.

Perillagh: N.
D. CONSTANTINO HUGENIO,
Belgarum Delicio.

A

1677
1678
1679
1680
1681
1682
1683
1684
1685
1686
1687
1688
1689
1690
1691
1692
1693
1694
1695
1696
1697
1698
1699
1700



A 1

